


NVMMI CASTRENSES

SEBASTIANI REGIS PORTUGALIAE susceptâ infelici in Affricam expeditione: cusi Anno Christi 1578.



ULEIUS Machometes è regno Mauritàia, obtyrannidem Patris, ab Abdemelecho Patruo eiectus, Sebastiani Portugaliae Regis (cujus hæc facies anno ætatis 16.) auxilia implorat: condicit hæc Rex Juvenis, & ad arma pronus, cætamen conditione: ut Philippus Hispaniarum Rex in societatem belli veniat. Mittuntur itaque legati ad Hispanum: qui expeditionem hanc quidem non dissuadet: verùm ne Sebastianus ipse proficiscatur in Africam, sed

per legatos rem gerat, obnixè rogat: rogando nihil proficit: dum Rex præceps & belli cupidus salutaria avunculi sui consilia suspecta habens, moræque omnis impatiens, ad cædem suam, laxatis quasi habenis, properat. Tractis namque trans mare cõpijs Abdemelechum obvium habet: gravi exortâ pugnâ superiores evadunt Mauri: cadunt non tantum ad 15. Christianorum millia: verum ipse etiam Sebastianus, cum jam tres equos inter certandum suffossos amisisset, à suis tandem desertus occumbit. Sed neque hostilis exercitus sine clade insigni victoriam obtinet: Abdemelechus in ipsâ pugna apoplexiâ extinguitur: Muleius Mahametus in fugâ canosis Larisfæ aquis submergitur: ita ut uno die, unoque in prælio tres Reges perierint. Regnum Feslanum Abdemeleci Frater Muleius Aametus obtinet, confestim à pugna Rex electus ac confirmatus. *Spem optimam conceperat Rex juvenis fore: ut profugum Fessæ regulum non modo in regnum suum reducat: sed & ipse hoc fœdere bellires suas evidenter augeat. Est squilla namq. seu cancri marini hoc ingenium, ut cibi causâ societatem ineat cum conchâ, dapis, cujus partem auferat, assectator. Habet itidem hoc concha, ut cum luna crescente crescat: deficiente imminuat: fuscum contrahat colorem, calo nubilo: nitefcet cum claritate matutinâ. Vnde Plinio teste, major ej cum calo, quam cum mari cognatio. Chronicon Bucholtzeri. Author.*